



Examen de maturité 2014

Version latine (option spécifique)

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : *Le Gaffiot*, dictionnaire latin-français de poche, *Latin 3^e*, éd. Hatier (exemplaire personnel du candidat) et *Le Petit-Robert*, dictionnaire français**Doit-on toujours tenir ses promesses ?**

5 Illa promissa non servanda sunt, quae non sunt iis ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phaetonti filio, ut redeamus ad fabulas, facturum se esse dixit quidquid optasset : optavit ut in currum patris tolleretur ; sublatus est, atque is ante quam constitit ictu¹ fulminis deflagrav². Quanto melius fuerat³, in hoc, promissum patris non esse servatum !

10 Quid ? Agamemnon cum devovisset Dianae quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tam taetrum⁴ facinus admittendum fuit. Ergo et promissa non facienda nonnunquam, neque semper deposita reddenda. Si gladium
10 quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, non reddere officium.

15 M. Attilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, juratus missus est ad senatum ut, nisi redditi essent Poenis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is cum Romam venisset, utilitatis speciem⁵ videbat, sed eam, ut res declarat⁶, falsam judicavit ; quae erat talis : manere in patria, esse domi suae cum uxore, cum liberis... Quis haec neget esse utilia ?

20 Itaque quid fecit ? In senatum venit, mandata⁷ exposuit, sententiam ne diceret recusavit : quamdiu jurejurando⁸ hostium teneretur, non esse se senatorem. Et illud etiam, reddi captivos, negavit esse utile : illos enim adulescentes esse et bonos duces, se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas⁹, captivi retenti sunt, ipse Carthaginem rediit. Neque vero tum ignorabat se ad exquisita supplicia proficisci !

« At stulte, qui non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam dissuaserit. » Quomodo stulte ? Etiamne si reipublicae conducebat¹⁰ ? Potest autem, quod inutile reipublicae sit, id cuiquam utile esse ?

Cicéron, *De officiis*¹ ictus, us, m. : le coup² deflagrare : se consumer, mourir brûlé³ quanto melius fuerat : comme il aurait mieux valu... !⁴ taeter, tra, trum : affreux, horrible⁵ species, ei, f. : l'apparence, l'illusion⁶ declarare : révéler, montrer⁷ mandata, orum, n. pl. : la mission⁸ jusjurandum, jurisjurandi, n. : le serment⁹ auctoritas, tis, f. : l'avis, l'opinion¹⁰ conducere : être utile, être avantageux